



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Pactum de nunquam reluendo, tale enim pactum non facit quod contractus pignorum transeat in contractum venditionis, quia verba contractus pignoris nullo modo venditionem adaptari possunt, ut plene ibi declarat Ias.

3 Limita tertio, ut per tale pactum iudicari debeat donatio inter vivos quo ad hoc ut non admittatur poenitentia, tamen quo ad hoc ut donator interim faciat fructus suos, talis donatio habebit naturam donationis causa mortis. Ita tenet Pau. de Ca. in d. cōsi. lxxv. nu. 2. vol. 2. Quae tamen limitatio videtur esse aliena a mente omnium doctorum in d. l. vbi ita donator, ad quos me remitto.

REGVLA CCXVIII.

DONATIO causa mortis censetur, si in ea de morte mentio facta sit. Hanc regulam probat text. in l. Seia. in §. fin. & ibi glo. in verbo, videri. & Barto. ff. de donatio. cau. mort. gl. si. in l. Seia. ff. de dona. prelegat. & in l. apud Celsum. in §. Iulianus in verb. sponsonditur. ff. de doli exceptio. glo. j. in l. fina. C. de donat. causa mort. gl. & ibi doct. in l. fin. C. de pact. in verbo accomodaverit. Hanc opinionem tenet Bart. & doct. in l. quae dotis. ff. solu. matrim. et in l. si palatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. Bal. in l. cum quis. ff. de condi. ob cau. & in l. & si mortis. C. ad leg. Falc. Alex. in l. Stichū. col. si. de lega. j. Ias. in l. j. in §. si quis ita nu. 18. ff. de verbo. obli. no. Gual. Pon. in d. l. quae dotis nu. 7.

Hanc regulam ponit Barto. in l. fina. nume. 11. C. de pact. vbi eam limitat duobus modis. Hanc etiam regulam limitat octo modis notab. Alex. in d. l. quae dotis. a nu. 6. vsq; ad nu. 14. Quas limitationes refert Francisc. Purpur. in d. l. fin. 227. C. de pact. Eandem regulam limitat etiam octo modis, Ias. in d. l. quae dotis nume. 26. vsq; ad numerum 49.

REGVLA CCXIX.

DONATIO omnium bonorum presentium & futurorum, non valet. Hanc regulam probat text. in l. si libertus. in §. si quis plures. in versicu. magis. ff. de iure patro. text. in l. omnes. in §. Luc. ff. de his que in frau. credi. in l. j. C. ut actio. ab haered. vel contra haered. incip. Hanc regulam ponit Barto. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. & ibi Alexand. & Ias. nume. 20. dicit hanc esse communem in l. si. nume. 12. C. de pact. eandem opinionem dicit commun. Bald. in c. in praesentia nu. 36. de probatio. Roma. in consi. cclxxj. nu. 1. vbi subdit, quod non est opus reuocatione, cum sit talis donatio de iure nulla, ut in l. nam si. vers. post defectum. ff. de iniust. rupt. cuius opinio. regulae ultra doct. per Ias. supra allegatos tenet Felin. in cap. in praesentia, nume. 5. de probatio, hanc dicit

